DE AMAUROSI

DISSERTATIO INAUGURALIS OPHTALMOLOGICO-MEDICA

QUAM

PRO DOCTORIS MEDICINAE LAUREA

OBTINENDA CONSCRIPSIT

GASPARUS DOMINIGG

HUNGARUS PESTIENSIS.

---

adnexae defendentur in palatio Universitatis
die Mensis Novembris 1844.

PESTINI, 1844.

TYPIS LANDERER et HECKENAST.

Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis
Causa, sed — officiumque fuit.

Ovidius.

Wer das was andere gesagt haben, gemeinnützig zu machen sucht, hat nicht immer darüber nachgedacht.

L . . . . nn

MAGNIFICO AC SPECTABILI

DOMINO

IGNATIO STÁHLY

S. C. et R. A. M. AD EXCELSUM CONSILIUM R. L. H. CONSILIARIO, REGNI HUNGARIAE PROTOMEDICO, STUDII MEDICO CHIRURGICI DIRECTORI A. A. L. L. et PHILOSOPHIAE, MEDICINAE et CHIRURGIAE DOCTORI, ERUDITAE SOCIETATIS HUNGARICAE HONORARIO, INCL. FAC. MED. et PHILOSOPHIAE ORDINARIO MEMBRO, COMPLURIUM II. C. C. TABULAE JUDICIARIAE ASSESSORI. ect.

EXIGUAS HAS PAGELLAS

D. D. D.

AUCTOR.

Amaurosis, Gutta serena, Suffusio nigra, Hungaris Mór, Germanis Schwarzer Staar.

A m a u r o s i s est vera coecitas, seu abolitio visus qua talis, facultatem enim lucem percipiendi aeger amisit, et quidem per affectationem apparatus optico vitalis, ejusque functionis. Amaurosis igitur determinata forma caret, sed symptoma diversissimarum adfectionum morbosarum comparet, ex quibus patet, imaginem hujus morbi exhibere esse irritum conamen, cum symptomate constante sola abolitione visus gaudeat, aliis nimium variantibus.

Dividitur Amaurosis

1-mo respectu evolutionis in A. completam B. incompletam et C. Amblyopiam Amauroticam.

A. functio plenarie deleta. B. ad lucis perceptionem restricta, et C. duo stadia distinquit, in primo stadio, ab aegro etiam minora objecta cernuntur, sed inperfecte et turbata, in secundo visio nulla, ab aliis dividitur:

2. respectu evolutionis in:

A. totalem, ad totam retinam se extendens et: B. dimidiatam parte solum morbosa, porro Respectu relationis causalis in:

A. functionalem quae resultat e turbata functione Retinae aut Cerebri.

a. Sympathicam adductam per adfectionem organorum aut systematum; et

a. organicam ex mutatione morbosa structurae retinae, nervi Optici aut Cerebri redundantem.

Hae divisiones practicum valorem non habent et solum illae, ex Charactere et Sede causarum Amauroseos desumptae, claram nobis Ideam de essentia morbi hujus largiuntur, et unica via Therapiae inveniendi.

Signa diagnostica singulae speciei Amauroseos praestat nunc eruere:

Amaurosis cum Charactere Sthenico, in plurimis casibus lente evolvitur, ambos oculos ad semel adgrediens aeger vesperi melius videt ac de die, videt puncta ignea, fulmina colorata, flammam candelae coloribus Iridis circumdatam, nonnunquam photophobia praesente; mox objecta minora in luce diffluunt, colores objectorum disparent, jam objecta majora non distinquuntur, et morbus abit in Amaurosim torpidam. Oculus turget, cornea splendet, vasa conjunctivae injecta sunt, pupilla pura, nigra, coarctata esse iridis motus torpidi:

Causae: Congestiones continuae, inflammatio Retinae; et nervi optici, vulnera, contusiones, repentinae supressiones evacuationum usitatarum, exanthematum chronicorum, metastases Rheumatismi, Arthritidis, Scrophulosis.

Amaurosis inflammatoria. Retinitis est, visum intra aliquot dies, vel menses delens, aegri conqueruntur de sensu plenitudinis oculi, Cephalaea frontali, photophobia et photopsia.

Oculus splendens, sensibilitas adaucta, pupilla coarctata immomobilis, per conjuctivam color ruber Scleroticae transparet, et tandem comparentibus in profundo oculi vasis rubris, aut flavellis despositionibus lymphae plasticae certum criterium Amauroseos torpidae.

Amaurosis congestiva s. plethorica, sequela haemorrhagiarum supressarum, fluxus haemorrhoidalis aut Catamenialis, decursum lentum tenens et congestionibus versus Caput, facie rubra, vasis conjunctivae injectis, susurru Aurium se exhibente, porro luce rubra streatu, tussi aut commotionibus validioribus, quiete sensim evanescente. Forma haec Arthritidi saepe complicata, ulteriusque his, et mutationibus Arthritidi comunibus comparentibus.

Amaurosis gravidarum, raro obveniente, celerrime saepe secundo periodo graviditatis evolvenda, et stadium Stheniae cito percurrendo, in crethisticm aut torpidam transeuns, fine puerperii, Amblyopia gradus altioris remanente.

Amaurosis Rheumatica, sequela refrigerii gravioris, aut metastaseos rheumaticae, gradu altissimo celerrime evolvitur ita, ut per noctem visus aboliatur. Praecedentibus doloribus acutis rheumaticis, coecitate desinentibus, diagnosis facilis esto; signis pathognomicis in; Pupilla contracta, parum mobili, nigra, aut obnubilata, doloribus bulbi et cavi Orbitae, initio morbi Diplopia, visu interrupto, aut coecitate plenaria fundatis.

Amaurosis Catarrhalis, e supressione Coryzae orta; cephalaea frontali augenda, enormi sensu siccitatis cavi narium, streatu frequentiori, diagnosis firmatur praeterea, Pupilla exteriora versus tracta, irregulariter rotunda, immobilitate, tandem rubore conjunctivae, situ bulbi obliquo, imo Exophtalmia gradu minori. Porro:

A m a u r o s i s A r t h r i t i c a non solum repentinae suppressionis Arthritidis, sed etiam adfectionis bulbi, per Diathesim adfectarum. Observatur in hominibus senioribus, longiori jam tempore Arthritide adfectis, praesertim et aliis potentiis nociviis expositis. Blepharoptalmiae Chronicae, vasa varicosa, tortuosa, scleroticae coerulescentes, oculos talium subjectorum characterisant.

Pupilla distracta angulosa, initio nigra, tardius splendore flavescente, virescente, Irride immobili punctis violaceis intertincta, videtur malum hoc cito in destructiones Organicas transire, characterisque tunc torpidi esse.

A m a u r o s i s s y p h i l i t i c a saepae et juste pro Ophtalmia Chronica habetur, symptomalibus enim omnibus Phlogosis praesens demonstratur; humor aqueus turbibus, colore Iridis mutato in luridum, Pupilla torpida, superiora et interiora versus traeta coloris non distincte nigri, potius cinerescentis, exsudato saepe in Retina visibili; Exsudata filiformia in pupilla aeque praesentem aut praeteritam confirmant inflammationem, aegro omnia per nebulas videntur. Initium Photophobia et Photopsia constituit.

Diagnosis, praesentia affectionum Syphiliticarum, doloribusque Osteocopicis nodis et tophis in et extra cavo orbitae praesentibus, accedente dein Exophtalmia.

A m a u r o s i s S c r o p h u l o s a raro occurrit, oritur vel ex evolutione tuberculorum Scrophulosorum in cavo orbitae vel ex irritatione inflammatoria Retinae et nervi optici conditionata per metastasim suppressarum Exanthematum Scrophulosarum. In omni casu Amaurosis haec characteris est Sthenici, quae tamen cito in Erethismum aut torporem transit. Praesentiam Symptomata Diathescos Scrophuloscos communia optime vindicant.

A m a u r o s i s m e t a s t a t i c a e diagnosis nullis difficultatibus premitur, in suppressione evacuationis alicujus

morbi, illum oculi praecesso, raro cito et totaliter evolvitur. Nonnunquam tamen paralysis retinae secuta plurimis tamen casibus, functione abnormi, variis metamorphosibus organisationis bulbi oculi, uti Glaucomate, Cataracta, hydrophtalmo terminatur; ultro, Pupilla coarctata, lucide nigra, Iride immobili, Diplopia, Atonia palpebrae superioris, saepius inflammatio menbranarum serosarum bulbi oculi eam comprehendunt.

Amaurosis qua comes Exanthematum acutorum, quae vel tempore evolutionis Exanthematis, in sequaelam irritationis gravioris, vel stadio decrustationis aut defurfurationes ex irritatione inflamatoria bulbi oculi oritur. Abactaque febri, nunquam autem primo stadio morbum evolvi observatum, et non raro accidente, ut alto in gradu morbi infantes ennecentur. Cujus Amauroseos hydrocephalus, characteris torpidi est.

Amaurosis cum charactere Erethistico pleraque ambos oculos ad semel adgrediens, et pro diversitate causarum excitantium jam cito, jam lente evolvitur. Oxyopia abolitionem visus praecedit, aegri alacriter vident, tuncque vitium visus agnoscentes, dum oculus minima adstrictione lacrymas fundat, doleatque. Abolitio fit vel objecta etsi majora figere nequeunt difluant, moveanturque, alias formas assummant; vel objecta coloribus rubro aut caeruleo tincta, aut Iridis coloribus circumdata apparent. Haec phoenomena committantur dolor et pressio oculi, omni ejus usu exasperandus, practerca Cephalaea nervosa Cranii, orbitae et Blepharospasmus, Pupilla contracta, mobilis, erga lucem sensilis, nonnunquam tamen distracta, angulosa, ovalis. Constitutionis nervosae, oculi dilute coerulei cum paro pigmento ad hanc Amaurosim praedisponuntur.

Histeriasis, Hypochondria, spasmi, excessus in Ve-

nere, sordes gastricae, irritationes ab Enthelmintis causas Amauroseos Erethisticae constituunt.

Amaurosis ex hyperopsia symptomata Erethisticae amauroseos purissime evoluta monstrat, oculus nimis sensilis, bene quidem objecta percipit ast minima adstrictione dolet, Photopsiis et visione scintillarum tunc adhuc praesentibus, si visus ex toto amissus sit. Oritur post visus adstrictionem fortiorem, ex aspectione longiori superficierum splendentium, ignis, in aurifabris et horopegiis ex abusu microscopii. Ch. Bell demonstrare voluit, hanc adfectionem a continua directioni oculi in objecta minora dependere. In hominibus senioribus ut plurimum affectionibus Gastricis copulata.

Amaurosis ex anopsia, etiam characteris Erethistici est, donec in formam transeat torpidam. Non raro observata est, in casibus ubi homini per annos carceri obscuro incluso facultas oculum exercendi non erat data; pluries obvenit in uno oculo, ubi vel consvetudo vel maculae corneae oculo visum praecludunt. In tali casu oculus adfectus ut plurimum luscus evadit, aeger sano oculo solum objecta contemplatur, et visus amittitur antequam observetur, et tunc saltem animadvertitur, si clauso oculo uno alio visio probetur. Etiam in talibus casibus Amblyopia ex anopsia obvenit, ubi cataractae connatae operatio negligitur, et Retinae functio hac ratione longiori tempore interrumpatur.

Amaurosis ex Hysteriasi diversis stipatur symptomatibus; sicut ejus proteiformis, duae principales ejus formae distinqui valent, in quarum prima Amblyopia successive oritur, dum in altera Amaurosis insultus hystericus topicus est. Hic posteaquam spasmi hysterici praecessissent, repente Amblyopia vel coecitas oritur, magna irritabilitas oculorum, photophobia, Blepharospasmus, luscitos Hippus, Metarmorp hopsiae, Nyctalopia et Hemaeralopia, malum

comitatur, quod tam cito evanescit, sicut ortum est, nonnunquam insultus variat, aut typum intermittentem tenet.

Amaurosis abdominalis s. hypochondriaca pro diversitate causae excitantis, diversissimi est characteris. Jam Amaurosis est congestiva, si obstructiones in systemate venae portarum, congestiones versus caput et ejus organa nobiliora causaverint, vel Amaurosis inflammatoria, quae plurimis in casibus omnia symptomata Arthritidis manifestat, in hominibus occurrit haec species qui Arthritide non laborant, nec laborarunt, et solum reflexus adfectionis abdominalis est: v. Amaurosis characteris est Erethistici, si excitans affectio abdominalis non materialis, sed nervosa s. hypochondriasis absque materia sit: Praeter symptomata adfectionis Abdominalis sequentia adhuc Amaurosim hypochondriacam comitantur. Aeger minus clare videt, objecta, quasi nebulis cincta apparent. Pupulla initio coarctata nunc dilatatur forme fit irregularis,symptomata minus perstantia sunt nonnunquam unica alvi dejectione alleviantur, decursus mali lentus, et per annos durat, visu ex toto annihilato.

Amaurosis verminosa semper consensualis ab irritatione Enthelmintorum, plurimum Ascaridum dependens, sepositis symptomatibus Enthelminthiaseos luscitas, contemporanea visio scintillarum observabilis, decessum vermium Amblyopia remanet, raro coecitas.

Amaurosis cum Charactere torpido vel primarie v. secundarie ex Amaurosi hypersthenica aut Erethistica originem summens. Aegris omnia nebulis cincta esse videntur, objecta diffluunt, colores vel profundi sunt v. penitus evanescunt, flamma candelae uti parvum punctum lucidum, nebulis cinctum apparet, et tandem omnis facultas videndi ammittitur.

Pupilla initio torpida, dein penitus immobilis dilatata, nigra, dein coloris cinerescentis, probabilius a deficientia pigmenti.

Excitationes Physicae et Psychicae, sicut usus vini, et animi pathemata notabiliora visum pro momento restituunt, ast torporem eo majorem relinquunt. Evoluta coecitate, etiam vitalitas exstrincta in vita vegetativa oculi, retrahitur in Orbitam, applanatur, atrophisatur. Causae Amauroseos sunt vel tales, quae paralysim Retinae directe producunt, uti vulnera, pressiones nervi optici aut Cerebri, Apoplexia; v. tales, quae in sequelam profluviorum, succorum inquilirorum nutrientium, debilitando in oculum agunt, quo haemorrhagiae, polutiones, salivatio, haematurrhia, Lienteria, inopia et chlorosis pertinent. Eadem ratione nonnulla Venena, uti: hydrargyrum, Plumbum, Arsenicum agunt. Huc numerantur:

A m a u r o s i s t r a u m a t i c a. Ex laesione nervi Optici, Retinae aut Cerebri, sicuti una v. altera pars laeditur, Pupilla vel dilatata v. contracta bulbus v. fixus v. obliquus Ptosi junctus, Amaurosis v. cito v. successive evolvitur.

A m a u r o s i s c o m e s F a b i s d o r s u a l i s paralysim extremitatum inferiorum v. praecedit v. comitatur; in primo casu facilis, in secundo difficilis diagnosis, cum dolores paralysim comitantes facile pro Rheumaticis haberi possint. In genere magnum pradum non attingit, sed qua Amblyopia in statu quo permanet.

A m a u r o s i s C h l o r o t i c a oriendi modus hypothesibus fulta, maximo gradui juncta esse solet, multi putant, per hydrohaemiam non sat cito laevatam, desorganisationes in Cerebro generari, illasque causam proximam hujus speciei constituere.

A m b l y o p i a t o x i c a respectu diversitatis corporum perperam agentium, diversis symptomatibus stipatur.

A m a u r o s i s i n s e q u e l a m C o l i c a e S a t u r n i n a e citissime evolvitur, ita, ut spatio 4—6 horarum coecitas perfectissima ingruat, oculos ambos adgreditur, ut plurimum Paralysi manum, convulsionibus et Deliriis comi-

tata. Durans per aliquod horas, raro per menses; in maximo gradu Pupilla dilatata, angulosa, nigra, nonnunquam et strabismus adest.

Amaurosis ex hydrargyro rarior est, uti etiam ex toxicationibus chronicis Arsenicalibus, et solum tunc obtinet, dum Tabes nervosa evolvatur.

Nonnulli ex Centaureo, Cynoglosso, Gummi resinosis, Jodo Chininae, Hyoscyamo, Stramonio, Digitali, Diplopiam, Triplopiam, Presbyopiam evolutam fuisse asserunt.

Diagnosis evolutae jam Amauroseos nullis premitur difficultatibus, Ophtalmiis dehiscentia visus ex senectute Glaucomate non facile confunditur. Unicum, a quo seduci possemus, est Cataracta nigra incipiens, cujus tamen natura scrutinio diligenti et accurato elucebit.

Neroscopia

Rite perpensis imperviabilibus tenebris,quibus functiones systematis nervosi cinguntur, perspectis difficultatibus inquirendi structuram subtilissimam nervorum et abnormitates Pathologicas minimas quippe eruendi, facile patebit, sectionibus in mortuis Amauroticis, utplurimum nullum resultatum largire, saltem ubi desorganisationes fuere, structurae ibi sunt instructivae.

Dividuntur in resultata cranii, bulbi et orbitae.

Ad illa cavi Cranii, Vulnera cerebri, extravasata, Exostoses, tumores cystici, tubercula, fungi, Atrophia thalamorum emollitiones cerebri, corporum Striatorum, Varicositates Arteriae Basilaris pertinent. Nervus opticus aut chiasma Atrophicum invenitur, praesente nevrilemate, medulla nervea destituta, v.serum in nevrilemate deprenhenditur. Hypertrophia n. optici ut diametrum bis terve excedat.

In orbita, Exostoses, tumores, Polypi, Anevrismata hydatides, etc.

Retina, Atrophica, emollita, cum Choroidaca concreta vulnerata, hydatides aut ganglion ciliare deficit.

Prognosis.

Amaurosis saepissime insanabilis, sufficiat aliquam cernendi facultatem reservare. Laetam omnes Amblyopiae admittunt, quae nullas destructiones passae, in quibus Pupilla rotunda, mobilis, cujus evolutio mediocribus doloribus in fronte et orbita commitabatur.

Respectu characteris laetissimam concedit, hypersthenica minus Erethistica, tristem torpida.

Respectu causae excitantis, plethorica, Verminosa, Hysterica, gravidarum, toxica ex narcoticis, facillime sanatur.

Minus laeta metastatica, Rheumatica, catarrhalis, Syplitica.

Tristissima ubi desorganisationes Cerebri, Physconiae, Hypochondria, Arthritis, Onania causam constituunt. Sanatio spontanea raro observatur, solum ubi evacuationes solitae suppressae revertuntur. Uno oculo Amaurotico, altero dispositio imprimitur.

Therapia.

Specialem insignire non valemus, cum totum Therapiae studium adducendum foret, generaliaque solum commemorabimus: Amaurosis infl. therapiam retinitidis expetit. In Amaurosi per suppressa profluvia, fluxus restituatur, per hirudines ad anum et femora. In Amaurosi cito evoluta, statim venam secare, Emeticum porrigere, consultissimum, Rheumaticam, Sale amoniaco, tart. emetico, vesicantiis, inunctionibus c. hydrorg. et opio. Aconitum pr. Antimonii et Sulfuris et tandem Corrosivum.

In Catarrhali vapores aquae mucilaginosa, illinitiones c opio, hyoscyamo v. cicuta, interne Valer. China. tinct. aromat. commendantur.

Ex hyperopsia oculus a splendentibus corporibus tuenda, itinera, aspectus corporum viridium, balnea frigida conducunt. Ex adfectione gastrica praesente Saburra aut bili emeticum detur. Si obstructio adsit, tunc solventia, evacuantia indicantur. Abstinendum ab inunctionibus in hac specie.

Verminosa Arthelminthicis cedit. Hysterica nervinis stimulantibus aut narcoticis tractanda.

Amaurosis ex Tabe dorsuali cum sanatione mali causalis desinit. Amaurosis toxica leniter antiphogistice suffocatur. Ex Desorganisatione Mercurio in- et externe.

Amaurosis hypersthenica sanguinis depletionem exigit, evacuantia, ung. autentithii, frigus topice applicatum.

Amaurosis characteris Erethistici excitantia exposcit. Topice instillationes belladonnae, hyoscyami, opii, ac. hydrocianici, Ung. cinerei, gas hydrogenii. Interne, hyoscyamo digitalis, nux Vomica, Belladonna, Aconitum, Stramonium, Crocus, Opium, Zincum, Bismuthum, Castoreum, Valeriana, Assa foetida, gmi galbanum, Cal. aromaticus, at. indicatissimma st.

In amaurosi torpida, Valer. Imper. Angel. Arnic. Camphora Ol. aetherea, pp. ammonii, Moschus. cartharides, Phosphor, china, et ferrum, tandem Strichnina adhibetur, Externe Olica aeth. Spir. prj. ammonii, camphora in aeth. sol. ut. Strichnina, Electricitas, Galvaninismus, Magnetismus animalis, derivatio radiorum lucis ope vitro convexo in retinam, irritabilitatem hujus restituit. Reconvalescentes ab omni adstrictione, ne de novo evolvatur, se muniendos habent.

Theses defendendae.

---

1. Non omnis morbus prohibet lactationem.
2. Innoculatio certissimum ulceris Syphilitici criterium.
3. Venenorum narcoticorum actio est negativa.
4. Anatomia Pathologica percussionis et auscultationis basis, fulcrumque.
5. Tuberculosim excludere Typum et contra preblematicum.
6. Docimasia pulmonum sola — dubia.
7. Reclinatio et conscissio Cataractae extractioni praeferenda Fabini.
8. Notae characteristicae plantarum cruciatarum a fructu praecipue desummende.
9. Omne remedium Specificum.
10. Venaesectio in pneumonia gradus altioris nullam agnoscit contraindicationem.
11. Dantur febres intermittentes salutares.
12. Nervosis, phlogosi e diametro opponitur.
13. Temperamenta connata per educationem modificari, non autem mutari possunt.
14. Motus activus passivo praeferendus.
15. Signa infallibilia virginitatis non dantur.
16. Bloenonthoea Syphilitica generare Syphilidem secundariam non valet.
